

Editorial conventions are as follows. This transcript attempts to reproduce the manuscript text as accurately and diplomatically as possible. No attempt has been made to emend the text at any point. Manuscript punctuation, capitalization and orthography have been preserved, including scribal distinctions between ‘e/ȝ’ and ‘ae/æ’, ‘u/U’ and ‘v/V’, etc. Abbreviations and suspensions have been expanded in *italic* type. Rubrics have been rendered in **bold** type. Folio changes are indicated within ‘[...]’. Letters and words that are unclear in the manuscript—whether due to erasure or some other cause of obscurity—are indicated within ‘[...]’; so, for example, ‘e[t]’ indicates that the ‘t’ in the word ‘et’ is unclear. Letters and words that are completely obscured are represented by ‘\*’s within ‘[...]’; so, for example, ‘et [\*\*]em sciat’ indicates that the first two letters in the second word are no longer visible in the manuscript. Modern scriptural references have been supplied, and are given within ‘{...}’.

Original chapter numbers have been retained. Note, however, that these are very often at variance with the chapter numbering used by Kerff and Richter. Because of this, a ‘Kerff’ number is supplied immediately below each canon whose numbering in the present transcript differs from that in Kerff/Richter. For the register (or index of titles) I have noted within ‘[...]’ wherever there is a discrepancy in chapter numbering with either the main text of the present transcript or with Kerff/Richter.

Corrections, additions and other alterations to the text are reported in-line within ‘{...}’, while editorial commentary is confined to footnotes. Standard notation for textual descriptions is used whenever possible: ‘sic’; ‘corr.’ (indicating the corrected form of the preceding word/phrase); ‘transp.’ (accompanied by indication of the transposed words); ‘add.’ (for in-line additions); ‘add. in mg./add. marg.’; ‘add. sup. lin.’; ‘gl. in mg./gl. marg.’; ‘gl. sup. lin.’; ‘ras.’ (indicating erasure of the previous word, unless otherwise noted); ‘cancell.’ (cancellation of the previous word, unless otherwise noted); ‘expunc.’ (expunction of the previous word, unless otherwise noted). Since nearly every correction appears to be contemporary or nearly contemporary with the text—and so may just as likely represent the work of the main scribe as that of a separate corrector—no attempt has been made to distinguish between different correcting hands. Only when a correction has been made by a much later hand has this been indicated.

Source information is provided as follows. When only a single source has been identified, that source is listed below the canon. When a canon contains two or more passages that each draw on a different source, these sources are listed in separate *Source* entries that correspond to the relevant passage in the canon. When two or more sources *for the same passage* have been identified, the most likely source is listed first, followed by subsequent sources separated by semi-colons. When, in the case of multiple sources, some are formal (immediate) and some are material (ultimate) sources, formal sources are listed first (in order of most to least likely), followed by a ‘—’, after which material sources are listed (in order of most to least likely). Any source following a ‘cf.’ (even if a semi-colon intervenes), should be understood to be an analogue or parallel, rather than a source. Occasionally, information such as ‘abbreviated’ ('abbrev.'), ‘partial’, ‘paraphrased’ ('paraphr.'), or ‘adapted’ has been given after a source to indicate the manner in which that source was used; in the case of multiple sources, such information is placed after a ‘|’ following the full list of sources, provided all of the preceding sources listed (even if a ‘—’ intervenes) have been used by the compiler in the same way. For example, if the sources listed for a given passage have all undergone the same sort of abbreviation, this would be indicated by ‘| abbrev.’ at the end of the source list for that passage; however, if just the formal sources have undergone (the same sort of) abbreviation, then this would be indicated by ‘| abbrev.’ following the list of formal sources (i.e. immediately before the ‘—’).

The following transcription includes source information that, while based initially on Kerff's study, is the result ultimately of independent research.

[f. 22r] {*Hand B begins*} **INCIPIVNT CAPITVLA LIBRI SECVNDI.**

- I.** Quibus modis cuncta *per christi* gratiam remittuntur peccata;
  - II.** Quod per satisfactionis pænitentiam uniuersa delentur peccata;
  - III.** Exempla antiquorum qui *per poenitentiam* restaurati sunt atque ad dei gratiam reducti;
  - III.** Quod poenitentia non tantum temporis longitudine quam affectu et luctu cordis pensatur;
  - V.** Qualis debet esse modus poenitentiae;
  - VI.** Qualiter tempore poenitentię agere debemus in recordatione actuum uitiorum;
  - VII.** Cum quo timore et affectu recedendum est a peccatis. et cum quali spe debet accedere poenitens ad deum. et qualis. esse. debet in poenitentia;
  - VIII.** Qualiter penitens qui uult a peccatis purgari succidere debet primas prioris culpę causas;
  - VIII.** De laude et utilitate poenitentię et quibus actibus hortatur poenitens seruire deo;
  - X.** Quibus gradibus coalescit omne peccatum.
  - XI.** Quibus modus {*sic*} minima leuiaque peccata perpetrantur; [f. 22v]
  - XII.** De diuersis leuiarum culparum modis ac multiformis cotidianis;
  - XIII.** Quam districte *sancti* uiri minima leuiaque in semetipsis puniunt peccata;
  - XIII.** De iudicio sacerdotis in leibus grauioribusque peccatis;
  - XV.** Qualiter ammonendi sunt qui in minimis excedunt peccatis;
- ABHINC DIVERSA EX DIVERSIS EXCESSIBVS CAPITVLA**
- XVI.** De eo qui orationis debitam {debitum corr.} tardius uel tepidus persoluit;
  - XVII.** De eo qui in oratione dormitauerit;

**XVIII.** De eo qui tempore orationis ridere fabulisque uacare presumpsit;

**XVIII.** De eo qui decantans psalmum titubauerit;

**XX.** De clero uel monacho si uigiliis uel cotidianis officiis defuerit;

**XXI.** De clero qui absque corpusculi sui inæqualitate uigiliis deest;

**XXII.** De clero si data {dato corr.} signo statim ad ecclesiam non properauerit;

**XXIII.** De eo qui tempore orationis uel psalmorum huc illucque discurrerit uel in ipso officio uagis obtutibus oberrauerit; [f. 23r]

**XXIII.** De clero æbrioso.

**XXV.** Item de clero uel monacho æbrioso.

**XXVI.** De clero lasciuo subsenatore {sic} ridiculo atque obstinato.

**XXVII.** De clero per creaturas iurante;

**XXVIII.** De clero absque prior {sic} iussu per plateas ciuitatis discurrente;

**XXVIII.** De clero qui per plateas et andronas absque offici {sic} sui necessitate perambulat;

**XXX.** De clero qui solus cum sola absque testibus loqui presumpserit;

**XXXI.** Si quis cogitauerit aliquid facere quod secundum mandatum dei est et non fecerit;

**XXXII.** Si quis definierit aliqua agere quę deo non placent;

**XXXIII.** De eo qui hospites et peregrinos cum gaudio non suscepserunt;

**XXXIII.** De eo qui cogitationes malas et inutiles corde uolutat;

**XXXV.** De eo qui alicui dampnum prauissimę rei intulerit;

**XXXVI.** De eo qui uerbo in aliquo homine peccauerit;

**XXXVII.** De eo qui non acquiescit ut satisfaciat cui intulit iniuriam;

**XXXVIII.** De contristato. si noluerit reconciliari satisfacente eo qui contristauit eum;

**XXXIX.** De his qui simet *{sic}* inuicem conuitia obiciunt;

**XL.** De clero superbo.

**XLI.** De clero percussore; [f. 23v]

**XLII.** De clero aut monacho qui otiositatem stultiloquium et his similia dilexerit;

**XLIII.** De monacho qui uesti carnibus *presumpserit*;

**XLIII.** De eo qui detrahit aut libenter audit detrahentem;

**XLV.** De eo qui detrahit et audit detrahentem et patitur;

**XLVI.** De eo qui uult reconciliari fratri suo quem hodio habet;

**XLVII.** De eo qui excitatur et irascitur aduersus eum qui ad orationem illum excitauit;

**XLVIII.** De christiano mendace;

**XLVIII.** De christiano qui fabulis otiosis studet; [*in text: 49.a*]

**L.** De minimis peccatis. quę fiunt cogitatione locutione et opere; [*in text: 49.b*]

**LI.** De contioso *{contentioso corr.}* contradictore mendace. inobediente. otioso. clamoso. iracundo. subsanatore. et his similia;

**LII.** Iudicia agustini. isidori. atque cassiani de multiformis. leuibus cotidianisque peccatis;

**LIII.** Quam utilis ac multum necessaria est confessio in minimis cotidianisque delictis;

**LIII.** Quam multa et innumerabilia sunt leuia delicta;

**LV.** De emendatione ac satisfactione eorum qui in leuibus cotidianisque excessibus delinquunt;

**EXPLICIVNT CAPITVLA.** [f. 24r]

**IN NOMINE SANCTAE TRINITATIS. INCIPIT LIBER. II. EX OPVSCVLIS VEL  
INSTITVTIS CATHOLICORVM PATRVM BREVITER EXCERPTVS.**

**QVIBVS MODIS CVNCTA PER CHRISTI GRATIAM HVMANO GENERI.  
REMITTVNTVR PECCATA.**

UT ENIM IN EXPOSITIone sexti psalmi cassiodor *{sic}* ait. Septem modis peccata nobis dimitti posse patres sancti dixerunt; Primo per babbtismum. Secundo per passionem martyrii. Tertia *{sic}* per elemosinam. Quarto per hoc quod remittimus peccata fratribus nostris. Quinto cum conuerterit quis peccatorem ab errore uię suę. Sexto per abundantiam caritatis. Septimo per poenitentiam; Addenda quoque est communicatio corporis et sanguinis domini nostri iesu christi cum tamen suscipitur; Inueniuntur et alii fortasse modi remissionum. congruit enim ut numerum supplicationis nostrę indulgentia diuina transcendat.

*Source (rubric)*

*unidentified*

*Source (septem modis ... transcendat)*

*CASSIODORVS Exp.psalm. 6 (ed. Adriaen, pp. 71–2, lines 49–59)*

**ABHINC LATIVS DE EADEM RE EX OPVSCVLIS QVORVNDAM PATRVM**

**I. ITEM QVIBVS MODIS CVNCTA PER CHRISTI GRATIAM REMITTIVNTVR  
PECCATA.** [f. 24v]

Diuina enim largiente misericordia secundum *sanctarum definitionem scripturarum* multis modis fit remissio peccatorum; Primo per generalem sacri babbtismatis gratiam. in quo omnia siue propria siue originalia remittuntur peccata; Secundo per pretiosissimum martyrii donum. in quo

sanguinis ablutione adquiritur indulgentia peccatorum; Tertio per fructus dignos poenitentię salus æterna repromittitur. De qua petrus apostolus testatur. poenitemini inquit et conuertimini ut deleantur uestra peccata. {Act 3:19} et iohannes baptista uel ipse dominus. poenitentiam agite appropinquabit enim regnum celorum; {Mt 3:2} Quarto per caritatis affectum peccatorum remittitur multitudo. ut scriptum est. caritas enim operit multitudinem peccatorum; {1 Pt 4:8} Quinto per elemosinarum fructum nostra extinguntur peccata. sicut scriptum est Quia sicut aqua extinguit ignem: Ita elemosina extinguit peccatum; {Sir 3:33} Sexto per irrigationem lacrimarum fit nostrorum ablutio peccatorum; Dicente psalmista. lauabo per singulas noctes lectum meum lacrimis meis stratum meum rigabo; {Ps 6:7} Denique ut cognoscas quia per ipsas lacrimas ueniam [f. 25r] suorum adquisisset peccatorum subdendo manifestat. Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem quoniam exaudiuit dominus uocem fletus mei. {Ps 6:9} Nam et petrus peccatum trinę negationis lacrimis lauit et diluit; Septimo per confessionem peccatorum conceditur eorum emendatio. testante dauid. dixi pronuntiabo aduersum me iniustitiam meam domino. et tu remissisti impietatem peccati mei. {Ps 31:5} et iterum. narra tu iniquitates tuas prius. ut iustificeris; {Is 43:26} Octauo per afflictionem cordis et corporis adquiritur remissio peccatorum. Dicente psalmista. Uide inquit humilitatem meam et laborem meum et dimitte omnia peccata mea; {Ps 24:18} Nemo {Nono corr.} per emendationem morum adquirit indulgentiam peccatorum. Dicente domino per isaiam prophetam. auferte inquit malum cogitationum uestrarum ab oculis meis. quiescite agere peruerse. discite benefacere. querite iudicium. subuenite oppresso. iudicate pupillo. defendite uiduam. et uenite et arguite me dicit dominus; Et si fuerint peccata uestra ut coccinum uelut nix dealbabuntur; et si fuerint rubra quasi uermiculus. uel ut lana alba erunt; {Is 1:16–18} [f. 25v] Decimo interdum etiam intercessione sanctorum impetratur uenia delictorum. Dicente iohannes apostolo. qui enim scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem petit. et dabit ei deus uitam peccati non ad mortem; {1 Io 5:16} et iacobus apostolus. infirmatur quis ex uobis inducat presbiteros ecclesię et orent super eum unguentes eum oleo in nomen domini et oratio fidei saluabit infirmum: et alleuabit eum. et si in peccatis sit dimittantur ei; {Iac 5:14–15} Undecimo nonnumquam misericordię et fidei merita {sic} labes ex quoquitur uitiorum. secundum illud. per misericordias et fidem purgantur peccata; {Prv 15:27} Duodecimo per conuersionem plerumque ac salutem eorum qui nostris monitis ac predicatione saluantur. Dicente iacobo apostolo. quoniam qui conuersti fecerit. peccatorem ab errore uię suę. saluabit animam eius a morte: et operit multitudinem peccatorum; {Iac 5:20}

Tertio decimo *pro* indulgentia ac remissione nostra ad indulgentiam nostrorum peruenitur peccatorum; **Dicente domino.** Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum. dimitte uobis pater uester cœlestis peccata uestra; {Mt 6:14} Uidetis ergo quantos misericordię aditus patefecerit clementia saluatoris. ut nemo salutem cupiens desperatione frangatur cum uide[f. 26r]at se tantis ad uitam remediis inuitari; **Si enim pro** infirmitate corporis o peccator *per* iejuniorum afflictionem *non* potes purgare tua peccata. elemosinarum ea redime largitate; **Si enim** indigenti *non* habes quod tribuas quamuis ab hoc opere nullus excusabilis. esse. possit quando quidem et illius uiduę duo tantum aera magnis muneribus diuitum preferuntur. et *pro* calice aquę frigide mercedem se dominus redditurum promittit. emendatione morum tua purga peccata; **Si enim** perfectionem uirtutum extinctione uitiorum omnium *non* potes adipisci. sollicitudinem piam erga utilitatem alienę salutis impende; **Si autem** idoneum te huic ministerio non esse conquerireris. operire peccata poteris caritatis. affectu; **Si autem** in hoc te fragilem fecerit quęlibet mentis ignauia oratione saltim atque intercessione sanctorum remedia uulneribus tuis humilitatis affectu summissus implora; **Postremo quis.** est. qui *non* possit suppliciter dicere. peccatum meum cognitum tibi feci et iniustitiam meam *non* abscondi: {Ps 31:5} ut *per* hanc confessionem etiam illud confidenter subiungere mereatur: et tu remisisti impietatem cordis mei; {Ps 31:5} **Quod si** uere[f. 26v]cundia retrahente reuelare ea coram hominibus erubescis. illi quem latere *non* possunt confiteri ea iugi supplicatione *non* desinas ac dicere: iniquitatem meam ego agnosco. et peccatum meum coram me est semper. tibi soli peccaui et malum coram te feci: {Ps 50:5–6} qui et absque ullius uerecundiæ. publicatione curare. et sine inproperio peccata dimittere consuevit; **Post** illud quoque tam promptum certumque subsidium aliud quoque adhuc facilius largita nobis est diuina dignatio. ipsamque remedii opem nostro commisit arbitrio: ut indulgentiam nostrorum scelerum *pro* nostro prosumamus {sic} affectu dicentes ei. dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris; {Mt 6:12} **Qui igitur** ad indulgentiam suorum criminum desiderat peruenire: istis semetipsum aptare studeat instrumentis. nec opturati cordis peruicacia a remedio salutari fontem tantę pietatis auertat. quia etiam si hęc omnia fecerimus *non* erunt idonea ad purgationem peccatorum nrorum {sic} nisi ea bonitas domini clementiaque deleuerit; **Qui cum** religiosi conatus obsequio ac supplici mente [f. 27r] a nobis oblata perspexerit. exiguos paruosque conatus immensa liberalitate prosequitur. dicens ego sum ego sum. qui deleo iniquitates tuas propter me. et peccatorum tuorum iam *non* recordabor; {Is 43:25} et iterum. deleui nubem iniquitates tuas: et quasi nebulam peccata tua; {Is 44:22} **Hos autem** supra scriptos

remissionum modos quibus humano generi *per christi gratiam* fit omnium expurgatio peccatorum. intellegere debent hii qui in ecclesiis dei presunt. quorum officium est curare animas a languoribus uitiorum uel purgare a malis peccatorum: quatenus remedio p̄nitentię lapsos ad se concurrentes medicinali consilio reparare. atque duce deo in c̄lesti beatitudine cum c̄lestibus collocare possint;

<i>Source (rubric)</i>	<i>unidentified</i>
<i>Source (diuina enim ... remissio peccatorum)</i>	<i>unidentified</i>
<i>Source (primo per ... iam non recordabor)</i>	<i>CASSIAN Collationes 20.8 (eds Petschenig–Kreuz, p. 561 line 9–p. 565 line 5), slightly abbrev., adapted; ‘nam et petrus peccatum ... lauit et diluit’: unidentified</i>
<i>Source (et iterum deleui ... collocare possint)</i>	<i>unidentified</i>

## II. QVOD PER SATISFACTIONIS PÆNITENTIAM VNIVERSA DELENTVR PECCATA.

Ut enim reuerentissimus et sanctissimus leo papa ait. Multiplex misericordia dei ita lapsibus subuenit humanis: ut *non solum per baptisci gratiam*: sed etiam {*per add. sup. lin.*} p̄nitentię {*p̄nitentię corr.*} medicinalam spes uitę reparetur aeterne. et qui regenerationis dona uiolassent proprio se iudicio condempnantes ad [f. 27v] indulgentiam criminum perueniant; **Per** poenitentiæ autem remedium ecclesia catholica in spe indulgentię fidenter alligat exercendos homines. et post unum baptisci sacramentum. *quod singulari traditione commendatum sollicite prohibit iterandum.* medicinali remedio poenitentię subrogat adiumentum; **Sicut enim** in baptismo omnes iniquitates remitti. *uel per martyrium nullum peccatum credimus inputari.* ita poenitentię conpunctione fructuosa uniuersa fateamur deleri peccata; **Lacrimæ enim poenitentium apud deum pro baptismo reputantur;**

<i>Source (rubric)</i>	<i>unidentified</i>
<i>Source (multiplex ... criminum perueniant)</i>	<i>Coll.Dach. 1.14, first part — DLEO.440.485, c. 2 (PL 54, col. 1011B)</i>
<i>Source (per poenitentiæ ... subrogat adiumentum)</i>	<i>ISIDORE De eccl.off. 2.17.5 (ed. Lawson, p. 81, lines 38–42)</i>
<i>Source (sicut enim ... baptismo reputantur)</i>	<i>ISIDORE De eccl.off. 2.17.6 (ed. Lawson, pp. 81–2, lines 48–52)</i>

**III. EXEMPLA ANTIQVORVM QVÆ PER PENITENTIAM RESTAVRATI SVNT  
ATQVE AD DEI GRATIAM REDVCTI.**

Poenitentibus exemplum iob primus exhibuit quando post funera uel flagella adhuc in sui redargutione etiam in cinere et cilicio lamenta poenitutinis sumpsit dicens. idcirco ago poenitentiam in fauilla et cinere; {Iob 42:6} Post hunc dauid nobis poenitentię magisterium prebuit. quando graui uulnere lapsus dum audisset a propheta peccatum suum confestim pænituit: et cul[f. 28r]pam suam poenitentię sanauit; Sic niniuete et alii multi peccata sua confessi sunt. et poenitentiam egerunt. et displicuerunt sibi quales fuerant. et quales per deum facti sunt illi placuerunt; Rex enim impius achab. qui cupiditatis suę predam uxoris nequitia quesiuist. sed perturbatus ipsius sceleris inmanitate poenituit: et cilicio circumdatus facinus suum fleuit. atque erga se dei misericordiam prouocauit. ut cunctis eum absolveret malis; Sic enim ait. et dixit ad heliam. uidisti quomodo conpunctus est achab a facie mea et quia fleuit in conspectu meo. idcirco non induco mala in diebus eius; {3 Rg 21:29} Sed post hunc iterum manasses qui omnes tyrannos inmanitates {inmanitate corr.} scelerum superauerat. qui cultum diuinę religionis et obseruantiam legis euerterat celesti cultu uacuatam. **Hic** ergo impietate scelerum supergrediens omnem memoriam. tamen quia pœnituit. inter amicos dei postmodum numeratus est; Filius etenim prodigus per poenitentiam. recepit prioris glorię statum. quem senior frater habebat extra poenitentiam; Et mulier fornicaria per poenitentiam uberes<sup>1</sup> [f. 28v] stillauit lacrimas. fonteque sui baptismi protinus lauit pedes christi crineque detersit; Et per poenitentiam petrus apostolus postquam ter dominum negauit lauit lacrimis maculam criminis; et<sup>2</sup> corintheus ille qui commiserat tale peccatum quale nec inter gentes ammitti solet: antequam ageret poenitentiam iubet apostolus paulus eum tradi satanę in interitum carnis. ut spiritus saluus fieret in diem domini nostri iesu christi; Postquam uero pœnituit. sufficit ei inquit apostolus increpatio hæc. que sit a pluribus. {2 Cor 2:6} et addit. Obsecro uos confirmate in illum caritatem ne possideatur inquid a satana; {2 Cor 2:8, 11} Donec enim sumus in hac uita fratres quantacumque nobis acciderint peccata possibile. est. ablui omnia per poenitentiam; **Omnipotens**<sup>3</sup> enim deus nobis uelut in signo ad exemplum poenitentię posuit. eos quos per poenitentiam uiuere post lapsum

<sup>1</sup> A word ([. . .]æclesia ? or perhaps [..]magðalend ?) written, or perhaps scratched, faintly in the bottom right margin

<sup>2</sup> The figure of a supplicant, to whom a hand points (two fingers outstretched, probably granting absolution), has been drawn in the left margin.

<sup>3</sup> omnipotens] oms with macron over m, as if omnes

fecit; Perpendo etenim petrum. considero latronem aspicio zacheum. intueor mariam. et nihil in his aliud uideo nisi ante oculos nostros posita spei et poenitentię exempla. Fortasse enim in fide lapsus est aliquis: aspiciat petrum. qui amare fleuit. quod timide [f. 29r] negauerat; Alius contra proximum in malitia crudelitatis exarsit. aspiciat latronem qui et in ipso mortis articulo ad uitę premia poenitendo peruenit; Alius auaritię ęstibus anhelans: aliena diripuit. aspiciat zacheum qui si quod alicui abstulit quadruplum reddidit; {Alius libidinis igne succensus carnis munditiam perdidit; add. bottom marg.} Aspiciat mariam quę in se amorem carnis igne diuini amoris excoxit; Ecce omnipotens deus ubique oculis nostris quos imitari debeamus obicit: ubique exempla suę misericordię opponit; Mala ergo iam displiceant. uel experta libenter obliuiscantur; Omnipotens deus quod nocentes fuimus: paratus est per pænitentiam nostram nobis ad innocentiam deputare; Inquinati post aquas salutis renascamur ex lacrimis; Itaque iuxta primi pastoris uocem sicut modo geniti infantes lac concupiscite. {1 Pt 2:2} Redite paruuli filii ad sinum matris uestre æterne sapientię. Sugite larga ubera piætatis dei: transacta plangite. imminentia uitate; Redemptor noster momentaneos flētus uestros æterno consolabitur gaudio. qui per infinita uiuit et regit in secula;

<i>Source (rubric)</i>	<i>unidentified</i>
<i>Source (poenitentibus exemplum ... illi placuerunt)</i>	<i>ISIDORE De eccl.off. 2.17.1–2 (ed. Lawson, p. 80, lines 2–11)</i>
<i>Source (rex enim ... numeratus est)</i>	<i>CHrysostom De reparatione lapsi 6 (ed. Dumortier, pp. 269–70, lines 33–47). Note: ‘qui templum Dei idolis repleverat’ probably omitted through homoioteleuton.</i>
<i>Source (filius etenim prodigus ... extra pænitentiam)</i>	<i>CHrysostom De reparatione lapsi 7 (ed. Dumortier, p. 273, lines 61–2)</i>
<i>Source (et mulier fornicaria ... maculam criminis)</i>	<i>unidentified</i>
<i>Source (et corintheus ille ... gentes ammitti solet)</i>	<i>CHrysostom De reparatione lapsi 8 (ed. Dumortier, p. 274, lines 12–14)</i>
<i>Source (antequam ageret ... domini nostri christi)</i>	<i>CHrysostom De reparatione lapsi 8 (ed. Dumortier, p. 274, lines 21–3)</i>
<i>Source (postquam uero pænituit. ... inquit a satana)</i>	<i>CHrysostom De reparatione lapsi 8 (ed. Dumortier, p. 274, lines 24–7)</i>
<i>Source (donec enim ... omnia per pænitentiam)</i>	<i>CHrysostom De reparatione lapsi 8 (ed. Dumortier, p. 276, lines 67–70)</i>
<i>Source (omnipotens enim ... regit in secula)</i>	<i>GREG.MAG. Hom.in ev 25.10 (ed. Étaix, pp. 215–16, lines 296–319)</i>

**III. QVOD POENITENTIA NON TANTVM TEMPORIS LONGITVDINE QVAM  
AFFECTV ET LVCTV CORDIS PENSATVR.** [f. 29v]

Poenitentia autem non *tempore* pensatur: sed *profunditate* luctus et lacrimarum; Poenitentia *autem* non mensium ac temporum cursu pensatur: sed poena qua anima cruciatur et mortificatur caro; Non enim temporis longitudine sed affectu sinceritatis poenitvdо pensatur; Legimus leuitas peccatum illud grauissimum in certo {deserto corr.} non temporis longitudine sed unius diei exigua hora diluisse; Sed et latro qui pendebat in cruce. non eguit prolixitate temporis. ut ingressum paradysi mereretur: sed tantum ei spatii sufficit. quantum expedire potuit. donec unum posset proferre sermonem: ita ut intra momentum temporis totius uitæ sceleribus absolutus precedere in paradisum etiam apostolos mereretur; Hoc enim est quod uult et poscit a nobis. non querit temporum longitudinem sed afflictionem cordis; Ad hoc precipue respicit si uera sit et sincera conuersio; Scriptum est enim. cor contritum et humiliatum deus non spernit; {Ps 50:19} Videlis ergo fratres quanta sit utilitas poenitentię. quanta conuersionis spes; Respiciamus ergo tandem et dominum nostrum iesum christum tamquam boni serui et utiles [f. 30r] requiramus. nec desperemus dum in hac luce uiuimus ueniam nos posse per poenitentiam promereri; In inferno tantum poenitentię medicamenta non proderunt in hac uero luce positi etiam si in extrema ætate et in ultima senectute poenitentiam adhibeamus. a peccatis curari possumus; Si enim uel paruo tempore pro male gestis preteritis quis poenitudinem gerat. quamuis sit breuis: non erit tamen infructuosa conuersio; Nam si quis circa finem suum desinit. esse. malus per poenitentiam. non ideo debet desperare. quia in termino est. ultimę uitę: quoniam non deus respicit quales antea fuerimus: sed quales circa finem. uite existimus; Ex fine enim suo unusquisque aut iustificatur aut condempnatur. Sicut scriptum est ipse iudicat extrema terre; {1 Sm 2:10} Et alibi. uniuersorum finem ipse considerat; {Iob 28:3} Proinde non est dubitandum circa finem iustificari hominem per poenitentiam et conpunctionem; Sed quia raro hoc fieri solet metuendum est ne dum ad finem difertur conuersio. incerta occupet mors. antequam subueniat poenitentia; Pro qua re si bona est ad extrellum conuersio. melior tamen. est. quę longe ante finem [f. 30v] agitur. ut ab hac uita securius transeat;

*Source (rubric)*

*unidentified*

*Source (poenitentia autem ... mortificatur caro)*

*ISIDORE De eccl.off. 2.17.2 (ed. Lawson, p. 80, lines 14–16),*

*adapted*

Michael D. Elliot, September, 2013

*Collectio quadripartita, Book 2 (Bodley 718)*

<i>Source</i> (non enim temporis ... apostolos mereretur)	<i>CHYRSOSTOM De reparatione lapsi 6</i> (ed. Dumortier, pp. 270–71, lines 62–72)
<i>Source</i> (hoc enim est ... sincera conuersio)	<i>CHYRSOSTOM De reparatione lapsi 6</i> (ed. Dumortier, p. 271, lines 5–8)
<i>source</i> (cor contritum ... non spernit)	<i>Ps 50:19</i>
<i>Source</i> (videtis ergo ... conuersionis spes)	<i>CHYRSOSTOM De reparatione lapsi 7</i> (ed. Dumortier, p. 273, lines 59–61)
<i>Source</i> (respiciamus ergo ... curari possumus)	<i>CHYRSOSTOM De reparatione lapsi 8</i> (ed. Dumortier, p. 276, lines 79–86), abbrev., adapted
<i>Source</i> (si enim uel paruo ... infructuosa conuersio)	<i>CHYRSOSTOM De reparatione lapsi 8</i> (ed. Dumortier, p. 276, lines 88–90), adapted
<i>Source</i> (nam si quis ... securius transeatur)	<i>ISIDORE De eccl.off. 2.17.8–9</i> (ed. Lawson, pp. 82–3, lines 73–84)

## V. QVALES DEBET ESSE MODVS POENITENTIAE.

Poenitentiam quippe agere *est* et perpetrata mala plangere: et plangenda *non* perpetrare; Nam qui sic alia deplorat ut *tamen* alia committat: adhuc poenitentiam agere aut ignorat aut dissimulat; **Quid enim prodest** si peccata quis luxurię defleat: et *tamen* auaritię æstibus anhelet? aut *quid prodest* si irę culpas lugeat. et *tamen* adhuc inuidię facibus tabescat? sed *minus est*. ualde *quod dicimus*. ut qui peccata deplorat: ploranda minime committat. et qui plangit uitium: perpetrare uitia timeat; **Nam** cogitandum summopere. *est*. ut qui se inlicita meminit commississe a quibusdam etiam licitis studeat abstinere: quatenus per hoc conditori suo satisfaciat; **Qui commisit** prohibita sibimetipsi abscidere debet ætiam concessa: et se reprehendat in minimis quem meminit in maximis deliquisse; **Duplicem** habere fletum debet in poenitentia *omnis* peccator: siue *quia per neglegentiam bonum* non fecit: seu *quia malum per audaciam* perpetrauit; **Quod enim oportuit** *non* gessit. et gessit *quod* agere *non* oportuit; [f. 31r] **Ille** poenitentiam digne agit: qui reatum suum satisfactione legitima plangit: condemnando scilicet ac deflendo que gessit: tanto in deplorando profundius quanto extitit in peccando procliuius; **Semper enim** ante oculos omnis poenitens propria adhibeat delicta. **secundum** psalmi sententiam; **Et** peccatum meum contra me *est semper*; {Ps 50:5} **Tantaque** sit ei recordatio peccati: ut ea que gessit *semper lacrimans confiteatur*; **Vnde** et psalmus dicit. pronuntiabo aduersum me iniustias meas *domino*: et tu remisisti iniquitatem peccati mei; {Ps 31:5}

<i>Source (rubric)</i>	<i>unidentified</i>
<i>Source (poenitentiam quippe ... maximis deliquisse)</i>	<i>GREG.MAG. Hom.in euang. 34.15–16 (ed. Etaix, pp. 314–15, lines 418–31)</i>
<i>Source (duplicem habere ... peccando procliuius)</i>	<i>ISIDORE Sententiae 2.13.5–6</i>
<i>Source (semper enim ante ... me est semper)</i>	<i>ISIDORE Sententiae 2.24.1 (ed. Cazier, p. 141, lines 2–4)</i>
<i>Source (tantaque sit ... iniquitatem peccati mei)</i>	<i>ISIDORE Sententiae 2.24.3 (ed. Cazier, pp. 141–42, lines 10– 14), abbrev., adapted</i>

## VI. QVALITER TEMPORA POENITENTIAE AGERE DEBEMVS IN RECORDATIONE ACTORVM VITIORVM;

Dum ergo agimus poenitentiam et adhuc uitiorum actuum recordatione mordemur. necessarium est ut ignem conscię nostrę abortus ex confessione culpę lacrimarum imber extinguat; **Cum** uero cuiquam in hac humilitate cordis et spiritus contritione defixo atque in labore et gemitu perduranti horum recordatio fuerit consopita et conscientię spina de medullis animę gratia dei miserentis euulsa: certum est eum ad satisfactionem finem [f. 31v] atque indulgentię merita peruenisse. et ab uniuersorum criminum labe purgatum; **Ad** quam tamen obliuionem non alias peruenitur. nisi per obliterationem uitiorum atque effectuum pristinorum et perfectam cordis atque integrum puritatem; **Quam** sine dubio nullus eorum qui per ignauiam siue contemptum uitia sua purgare neglexerit adsequitur. nisi qui gemitibus atque suspiriis mesta {iugitate add. sup. lin.} continuans omnium sordium pristinarum excoxit labem. et uirtute animi atque opere proclamauerit ad dominum: delictum meum cognitum tibi feci et iniustitiam meam non operui: {Ps 31:5} et fuerunt mihi lacrime meae panes dię ac nocte. {Ps 41:4} ut sequenter mereatur audire. Quiescat uox tua a ploratum: {ploratu corr.} et oculi tui a lacrimis: quia est merces operi tuo ait dominus; **Illud quoque similiter ad eum** uoce domini dirigatur. Deleui ut nubem iniquitates tuas: et quasi nebula peccata tua; {Is 44:22} **Et iterum.** ego sum ego sum qui deleo iniquitates tuas propter me: et peccatorum tuorum iam non recordabor; {Is 43:25} **Et ita** funiculis peccatorum suorum quibus unusquisque constringitur {Prv 5:22} absolutus domino cum omni gratiarum actione cantabit: tu disruptisti uincula mea. tibi sacrificabo hostiam [f. 32r] laudis; {Ps 115:16–17}

<i>Source (rubric)</i>	<i>unidentified</i>
<i>Source</i>	<i>CASSIAN Collationes 20.7 (eds Petschenig–Kreuz, p. 560 line 5–p. 561 line 8)</i>

**CVM TIMORE ET AFFECTV RECE[N]DENDVM {RECEDENDVM corr.} EST A  
PECCATIS. ET CVM QVALI SPE DEBIT ACCEDERE POENITENS AD DEVVM ET  
QVALIS ESSE DEBET IN POENITENTIA.**

Anima post multa peccata et post multa uitia et miseras. *cum* quali timore et qualibus lacrimis debet recedere a peccatis. et *cum* quali spe et affectu debet accedere ad deum? **RESPONSIO SANCTI BASILII EPISCOPI.** Primo quidem odisse debet illam suam priorem nobilem uitam: et ipsam memoriam eius perhorrescere atque execrare; *Scriptum est enim.* iniquitatem odio habui et abhominatus sum legem autem tuam dilexi; {Ps 118:163} Deinde ut maiorem timorem habeat magistro utatur ignis æterni metu. et penę perpetuę; Sed et lacrimarum tempus agnoscat *per* poenitentiam *sicut dauid* docuit in sexto psalmo; **Purgationem** peccatorum fieri posse ubertate lacrimarum *per* multitudinem miserationum domini qui dixit: quia si fuerint peccata uestra *sicut* fenicum ut niuem dealbabο; Si autem fuerint ut coccum: ut lana alba efficiuntur {Is 1:18} Et post hęc recepta uirtute et facultate placendi deo dicit: conuertisti planctum meum in gaudium mihi: et disrupti saccum meum et circum dedisti [f. 32v] me lætitia. ut psallat tibi gloria mea et non compungar; {Ps 29:12–13} Et ait. accedens ad dominum psallat et dicat. exaltabo te domine quoniam suscepisti me. et non lætificasti inimicos meos super me; {Ps 29:2}

*Source (rubric)*                  *unidentified*

*Source*                              *BEN.AN. Cod.reg. 117 (eds Holste-Brockie, p. 93) — BASIL-RVFIN. Regula 117*

**VIII. QVALITER POENITENS QVI VVLT A PECCATIS PVRGARI SVCCEDERE  
{SVCCIDERE corr.} DEBET PRIMAS PRIORIS CVLPAE CAVSAS.**

Necessarium. est. unicuique qui uult omnino purgari a peccato primas ipsas causas culpe succidere; Verbi gratia. si ex contentione uel ex inuidia fuerit. nec in se sumpsit exordium. sed radicem habet ex arrogantia et cupiditate humanę glorię uenientem; **Dum enim** gloriam querit unusquisque ab hominibus aut contentionibus studet. aut recte agentibus inuidet huic scilicet *per* quem uidetur ipse minus in laude uel in admiratione habere; *Si quis ergo* semel notatus fuerit inuidię uel contentionis uitio. et rursum in hoc ipsum inciderit sciat se primam illam causam de qua superius diximus. ex qua inuidia uel contentio nascitur in interioribus medullis haberere

conditam; **Oportet ergo eum et per contraria atque diuersa curari:** id est per humilitatis exercitium; Exercita[f. 33r]tiones uero humilitatis sunt si se uilioribus officiis subdat. et ministeriis indignioribus tradat; Itaque arrogantię humanę uitium curare poterit in consuetudine humilitatis effectus. ut ultra iam non incidat in arrogantię et uanę glorię delictum. Sed et in singulis huiuscemodi {sic} uitiis cura similis adhibet? {sic} Nouerit aut unusquisque tunc demum pro preteritis satisfecisse peccatis. Cum ipsi motus atque effectus per quos pænitenda commisit fuerint de cordibus suis amputati; Quod tamen nullus optinere se posse credat. qui non prius ipsas causas atque materias pro quibus in illa conlapsus est crimina omnia spiritus ferore succiderit; Ut uerbi gratia si in fornicationem uel adulterium perniciosa feminarum familiaritate conlapsus. est. summa festinatione ætiam ipsum earum deuitia spectum; {sic} Aut si certe per habundantiam uini<sup>4</sup> æpularumque succensus est nimia etatem inlicitam ciborum crapulam summa districione castiget; Et rursum. si in periurium aut furtum. aut homicidium. aut blasphemium pæcuniarum desiderio atque amore corruptus incur[f. 33v]rerit: materiam auaritię in letricem suę deceptionis abscidat; Si in iracundię uitium superbiæ passione propellitur. arrogantię ipsius fomitem summa humilitatis uirtute conuellat; et ita autem unum quodque peccatum possit extingui causa atque occasione; Et enim curationum remedio ad obliuionem quoque ammissorum criminum sine dubio peruenitur;

*Source (rubric)*

*unidentified*

*Source (necessarium est ... similis adhibet)*

*BEN.AN. Cod.reg. 22 (eds Holste-Brockie, p. 93), partial —*

*BASIL-RVFIN. Regula 22.4–11 (ed. Zelzer, p. 71 line 5–p. 72 line 7)*

*Source (nouerit aut unusquisque ... dubio peruenitur) CASSIAN Collationes 20.11, adapted*

## VIII. DE LAVDE ET VSTITATE POENITENTIAE. ET QVIBVS ACTIBVS HORTATVR POENITENS SERVIRE DEO.

Dilectissimi una nobiscum omnes suscipite in precordiis uestris misericordiam domini nostri dicentis. poenitentiam agite: appropinquabit enim regnum cælorum; {Mt 4:17} O dulcedo inter poenitentiam et regnum cælorum nihil fit inter medium; Agamus ergo poenitentiam a facinoribus nostris. et in punctu patet nobis regnum cælorum; Sicut ait beatus isaias. propheta. desinite a

---

<sup>4</sup> uini] corr. from uim?

malitiis uestris: discite bonum facere. peccata enim uestra: inter uos et deum separant; {Is 59:16–18} Ergo si inter deum et hominem peccata separant. tollantur per poenitentiam e medio peccata: et homo coniunctus est deo: instruente et docente apostolo. qui autem adheret domino unus spiritus. est. {1 Cor 6:17} [f. 34r] Sed dicit aliquis: quomodo de medio tollere possum peccata? audi precursorem domini uociferantem et docentem. facite fructus dignos poenitentię; Iam enim securis ad radices arborum posita est omnis arbor quę non facit fructum bonum excidetur et in ignem mittetur; {Lc 3:8–9} Et qui sunt fructus digni poenitentię. nisi ut facias quę contraria sunt peccato? Seruiebas idolatrię uel demonibus nunc iam conuersus seruias deo per fidem; Eras adulter et fornicator. nunc ἐcontrario esto castus; Ebrietati eras deditus: nunc sobrietatis optine locum; Eras fraudulentus et raptor: nunc esto fidelis et largus; Eras tumidus et superbus. modo esto mansuetus et mitis; Auarus eras et mendax: nunc esto pius et uerax; Ecce qui sunt fructus digni poenitentię. ut qui ante agebas contraria deo: modo contraria agas diabolo: secundum sententia domini nostri dicentis. nec ego te condemnabo uade et amplius iam noli peccare; {Io 8:11} et iterum ait. remittuntur ei peccata multa quia multum dilexit; {Lc 7:47} Hortatur etenim nos dominus per iohannem apostolum ad poenitentiam dicens. memento unde cecideris et age poenitentiam: et fac priora [f. 34v] opera. et si non egeris poenitentiam: ueniam et mouebo candelabrum tuum de loco suo; {Apc 2:5} Quod utique ei dicitur qui constat cæcidisse. et quem hortatur rursus per opera bona exsurgere; Quod utique ad poenitentiam dominus non hortaretur: nisi quia poenitentibus indulgentiam pollicetur; Et in euangeliō. dico enim uobis: sic erit gaudium in cælo super uno peccatore pænitentiam agente. quam supra nonaginta nouem iustis qui non indigent poenitentia; {Lc 15:7} Nam cum scriptum sit dominus mortem non fecit. nec lætatur in perditione uiuorum. {Sap 1:13} Utique qui neminem uult perire cupit peccatores poenitentiam agere. et per poenitentiam denuo ad uitam redire; O poenitentia quę peccata miserante deo remittis: et paradysum reseras. quę contritum sanas. omnem tristem exhilaras. uitam de interitu reuocas. Statum restauras. honorem renouas. fiduciam reformas. gratiamque habundantiorē refundis; O poenitentia quid de te noui referam. omnia ligata tu soluis. Omnia soluta tu reseras. Omnia aduersa tu mitigas. Omnia contrita tu sanas. Omnia confusa tu lucidas. Omnia desperata tu aminas; O poe[f. 35r]nitentia rutilantior auro: splendidior sole: quam non uincit peccatum: nec afflictio superat: nec desperatio debet; Poenitentia respuit auaritiam. horret luxuriam. fugat furem: firmat amorem. calcat superbiam: linguam continet: conponit mores. odit malitiam. excludit inuidiam; Perfecta poenitentia cogit peccatorem omnia libenter sufferre. si uolenter

quęrat quę habet *non* uetat: si uestem dirimat non refrangatur: percutienti maxillam: prebet et alteram: angarizatus {sic} ultra adiciet: castigatus gratias agit: prouocatus tacet: exasperatus blanditur. superiori supplex *est* inferiori subiacet; In corde eius contritio *est*. in ore confessio: in opere tota humilitas; **Hæc est** perfecta et fructifera poenitudo; Sic poenitenti prēsto *est deus*. Esurienti nutritorem. sitienti potator. sapienti *quod* stultum putatur sapit: quod triste est placet: *quod* molle. *est*. displicet: *quod* fluxum *est* horret; **O** poenitentia misericordię mater et magistra uirtutum: magna ubera tua quibus reos resoluis. ac reficis delinquentes. lapsos releuas. [f. 35v] recreas desperatos; Videte ergo karissimi quanta sit utilitas poenitentię. quanta conuersionis spes; **Nullum est enim** peccatum nulla iniquitas: quę *non* medicamento poenitentię sanetur: si conuersio pura et sincera fuerit; **Donec enim** in hac sumus uita quantacumque nobis acciderint peccata: quantecumque impietàtes et scelera: possibile *est* omnia diuina largiente misericordia ablui *per* poenitentiam: post mortem aut nulla erit utilitas poenitentię; **Nullus enim** peccator pro magnitudine peccatorum suorum de dei omnipotentis disperet misericordia: sed dum adhuc uiuitur et propter emendationem malorum huius uitę dies ad inducias ei relaxantur. agat poenitentiam *pro* peccatis et iniquitatibus suis. et erit dominus miserator et misericors. qui *non* uult mortem peccatoris. sed ut conuertatur et uiuat. propitius delictis et facinoribus suis;

**Hucusque** de modis et utilitate poenitentię. abhinc de excessibus leuioribus ex *sanctorum* opusculis carpenda sunt testimonia;

*Source (rubric)*

*unidentified*

*Source (dilectissimi una ... opera bona exsurgere)*

*HAYMO De varietate librorum 2.62 (PL 118, col. 925B-D) — 'dilectissimi una ... quia multum dilexit': EPIPHANIVS LATINV Interpret.euang. 18 (ed. Erikson, p. 13 line 27—p. 14 line 21)*

*Source (quod utique ad ... ad uitam redire)*

*HAYMO De varietate librorum 2.62 (PL 118, col. 926A) —*

*CYPRIAN Epistula 55.22 (ed. Diercks, p. 282, lines 372–79)*

*Source (o poenitentia quę ... recreas desperatos)*

*HAYMO De varietate librorum 2.64 (PL 118, cols 928D–929B)*

*Source (videte ergo karissimi ... facinoribus suis)*

*HAYMO De varietate librorum 2.63 (PL 118, col. 928B-C)*

## X. QVIBVS GRADIBVS COALESCIT OMNE PECCATVM.

His fomitibus quasi quibusdam gradibus coalescit [f. 36r] omne peccatum. cogitatio namque praua delectationem parit. delectatio consensionem: consensio actionem: actio consuetudinem:

consuetudo necessitatem; Sic que his uinculis homo implicatus quadam catena uitiorum tenetur adstrictus: donec dei gratia manum iacentis apprehendat;

*Source (rubric)*      *unidentified*

*Source*      *ISIDORE Sententiae 2.23.3 — GREG.MAG. Moralia in Iob ...*

## XI. QVIBVS MODIS MINIMA LEVIAQVE PERPETRANTVR PECCATA.

Sciendum summopere. est. quia tribus modis omnis culpę nequitiam perpetramus. sicut in primo parente didicimus. suggestione. scilicet delectatione consensu; **P**rimum itaque per hostem. secundum uero per opera carnis. tertium per spiritum perpetratur; **I**nspiator enim prava suggerit: caro se delectationi subicit. atque ad extreum spiritus uictus delectatione consentit; Unde et illic serpens prava suggestit. eua aut quasi caro se delectationi subdidit. adam uero uelut spiritus suggestione ac delectatione superatus adsensit; **S**uggestione itaque peccatorum agnoscimus. delectatione uincimur. consensu etiam ligamur; **S**ollicite et enim pensandum est: quia aut cogitatione. aut locutione. aut opere delinquimus; **A**liquando enim cogitatione sola: aliquando cogitatione [f. 36v] et locutione: aliquando cogitatione locutione et opere; **N**ullum est enim peccatum: quod non aut sola cogitatione. aut cogitatione simul et opere perpetretur; **N**emo enim fuit aut est aut esse poterit humano conceptus semine alienus a culpa. cum manifeste scriptura pronuntiat dicens. **N**on est iustus in terra qui faciat bonum. et non peccabit: et iterum. septies enim cadit iustus et resurget; **Q**uid enim aliud est cadere quam peccare? et tamen cum dicatur. septies cadere pronuntiatur omnimodo iustus. nec iniustitię eius preiudicat sunt fragilitati humane: quia multum interest. inter sancti et peccatoris hominis lapsum; **A**liud est enim ammittere mortale peccatum: et aliud parua leuiaque incurtere delicta; **I**npossibile est enim. ut non aut cogitatione. aut ignorantia: aut neglegentia: aut uanitate: aut oppressione: aut necessitate: aut obliu[\*]ione: {obliuione corr.} quisque non peccet; **H**aec enim sunt septem lapsuum genera in quibus uir sanctus quamuis aliquando cadat: tamen iustus esse non desinit: que quamuis leuia uideantur ac parua. tamen faciunt eum sine peccato. esse non posse; **H**abet enim pro quibus cotidianum [f. 37r] gerens poenitutinem et ueniam ueraciter debeat postulare. et pro suis indesinenter orare peccatis dicens. **D**imitte nobis debita nostra; **S**ingulis enim diebus in supra dictis aliisque multis delictis. uel inuiti uel uolentes frequenter incurrimus: pro quibus et dauid orans dominum purificationem atque indulgentiam deprecatur dicens. delicta quis

intellegit: ab occultis meis munda me *domine*: et ab alienis parce seruo tuo; et *apostolus*. non enim *quod uolo facio bonum*: sed *quod nolo malum hoc ago*; **Et pro quibus** idem etiam eiulans proclamauit. infelix ego homo quis me liberauit de corpore mortis *huius*; **Tanta enim** in his facilitate *tamquam* naturali lege *prolabimur*: ut quantalibet *circumspectione atque custodia* caueantur. non possunt ad plenum ista uitari; **De istis si quidem iohannes apostolus** ait: Si dixerimus quia peccatum non habemus: ipsi nos seducimus et ueritas in nobis non est; **Sunt enim** excepto supra scriptis alia multa leuia paruaque delicta: id est qui otiositatem sectatur. qui lasciuia et otiosa uerba locutus fuerit. qui turpem [f. 37v] et non ad utilitatem audientium sermonem protulerit: qui securitatem amauerit: qui risum inmoderatum dilexerit: qui cyborum potusque appetitum ambierit: qui somnum superfluum aut pigritiam sectatus fuerit: qui sacerdotem aut aliquem dei seruum uel in minimis uerbis les'erit: qui predicationibus sacerdotum contradictor extiterit: qui tarde ad ecclesiam occurrerit: qui in ecclesia pr̄eter orationes diuiniasque meditationes aliquid agere presumpserit: qui pauperem uel ad modicum exasperauerit: qui in rebus uilibus et minimis alicui uel leue dampnum intulerit: qui erroris ignorantiam in rebus non grauibus habuerit: qui cultus et ornatus indumentorum superflue amauerit: qui ante horam diei tertiam excepto infirmitatis necessitate cibum potumque sumpserit: qui patrem aut matrem uel inmodico uerbo aut facto contristauerit. uel non oboedierit: qui uxorem iurgatricem. contumacem uerbosam. temulentam. uagam. et inconstantem non refrenauerit: qui filios et familias a uitiis et peccatis non restrinxerit: qui seruum et ancillam iniuste [f. 38r] uerbo aut facto in minimis ætiam rebus les'erit: aut ultra modum oppresserit: qui cunctos ad se pertinentes uel etiam quoscumque notos aut ignotos peccare uiderit et non castigauerit uel monuerit: si alicui iniuste. uel modicum contristauerit: qui otiosum lasciuum. et inprobum non castigauerit: qui cuicunque iuxta uires non succurrerit: qui dolentem et in tribulatione positum non consolatus fuerit: qui infirmum et in carcere constitutum non uisitauerit: qui ad mortuum sepeliendum non festinauerit; **Si quis clericus unum** ex supra scriptis et his similibus delictis ammiserit. congrua poenitentia emendetur; **Si autem** in consuetudine habuerit. iuxta modum culpe augeatur et expurgatio delicti; **Si autem laicus unum** ex his admiserit. secundum sacerdotis iudicium poeniteat: et elemosinas secundum possibilitatem suam pro hoc faciat; **Quod si postea non** emendauerit: augeatur ei poenitentia secundum modum peccati; **Hæc** de leuioribus peccatis iuxta difinitionem quorundam sanctorum patrum ad expiationem eorum qui delinquunt excerpta sufficient; **Deinceps** uero

*existorum aliorumque [f. 38v] sanctorum opusculis latius piissima iuuante christi gratia de leuibus paruisque delictis. utcumque carpenda sunt testimonia;*

<i>Source (rubric)</i>	<i>unidentified</i>
<i>Source (sciendum ... consensu etiam ligamur)</i>	<i>GREG.MAG. Reg.past. 3.29 (eds Rommel-Judic-Morel, pp. 000–000, lines 77–84)</i>
<i>Source (sollicite et enim ... et non peccabit)</i>	...
<i>Source (septies enim cadit ... nobis debita nostra)</i>	<i>CASSIAN Collationes 22.13 (eds Petschenig–Kreuz, p. 631 line 26–p. 632, line 17), adapted; cf. CASSIAN Collationes 22.7</i>
<i>Source (singulis enim diebus ... nobis non est)</i>	<i>CASSIAN Collationes 20.12 (eds Petschenig–Kreuz, p. 568 line 27–p. 569, line 17), adapted</i>
<i>Source (sunt enim excepto ... sunt testimonia)</i>	... cf. <i>ISIDORE Reg.mon. 16; CASSIAN Institutiones 4.16</i>

## XII. DE DIVERSIS LEVIARVM CVLPARVM MODIS AC MVLTIFORMIS COTIDIANIS EXCESSIBVS.

Nullatenus enim sunt et peccata paruipendenda. quę apud nos leuia et minima putantur cum dominus adfirmando dicat. iota unum aut unus apex *non* preteribit a lege donec *omnia* fiant; {Mt 5:18} Et rursum certifica definitione adfirmat. de omni uerbo otioso *quod* locuti fuerint homines: reddent de eo rationem in die iudicii; Nihil ergo oportet contempni tamquam paruum. qui autem spernit minima paulatim defluit; Sed et quomodo quis audebit dicere breue aut paruum delictum cum apostolus dicat. per preuaricationem legis deus exhonoratur; Sed et aculeus mortis peccatum esse dicitur. et non dixit quale uel tale peccatum; Ergo qui licet minima crebro tamen inlicita faciunt: nequaquam considerent qualia sed quanta committant; Altos quippe gurgites fluminum. paruę sed innumerę replet gutte pluuiarum. ita et multa peccata [f. 39r] minima faciunt grandem et inmensam peccatorum molam; Nemo itaque sua peccata minima neglegat: quia dicente scriptura: nihil inpunitum derelinquit dominus: sed ea potius confessione: poenitentia: lacrimis. elemosinis. contritione cordis et corporis purget; De cotidianis autem breuibus leuibusque peccatis. sine quibus hęc uita non ducitur. ut beatus pater agustinus ait. cotidiana oratio fidelium satisfacit; Eorum est enim dicere. Pater noster qui es in cęlorum. qui iam tali patri regenerati sunt ex aqua et spiritu; Delet omnino hęc oratio minima {sic} cotidiana peccata: delet et illa quibus uita fidelium. etiam scelerate gesta sed poenitendo mutata discedit. si quemadmodum ueraciter dicitur; Dimitte nobis debita nostra: quoniam non desunt quę dimittantur. ita ueraciter dicatur.

Sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. id *est fiat quod* dicitur. quia et ipsa elemosina est. ueniam petenti homini ignoscere; **A**c per hoc ad omnia quę utili misericordia fiunt ualet *quod dominus* ait. date elemosinam et ecce omnia munda sunt uobis; Non solum ergo qui dat esurienti cibum. sitienti potum. nudo uestimentum. [f. 39v] peregrinanti hospitium. fugienti latibulum. ægro uel inclusu uisitationem. captiuo redemptionem. debili subuentionem cęco ductionem. tristi consolationem. non sano medelam. erranti uiam. deliberanti consilium et *quod cuique* necessarium indigenti: uerum etiam qui dat ueniam peccanti elemosinam dat: et qui emendat uerbere in quem potestas datur. uel coercet aliqua disciplina: et tamen peccatum eius quod ab illo Iesus uel offensus *est* dimittit ex corde. uel oret ut ei dimittatur; Non solum in eo *quod* dimittit atque orat: uerum etiam in eo quod corripit. et aliqua emendatoria poena plectit: elemosinam dat: quia misericordiam prestat; **M**ulta itaque sunt genera elemosinarum quęcum facimus adiuuamur. ut dimittantur nostra peccata: sed ea nihil est. maius qua ex corde dimittimus *quod* in nos quisque peccauit; **M**inus enim magnum *est* erga eum esse beniuolum siue ætiam benefic[i]um {beneficum corr.} qui tibi nihil mali fecerit. illud multo grauius et magnificentissimę bonitatis est. ut tuum quoque inimicum diligas. et ei qui tibi malum uult [f. 40r] et si potest facit. tu semper bonum uelis facias quoque *quod* possis. audiens dicentem Iesum. diligite inimicos uestros. benefacite his qui oderunt: et orate pro his qui uos persecuntur et illud. dimittite et dimittemini. date et dabitur uobis; **Q**uisquis autem roganti et peccanti siue poenitenti ex corde non dimittit. nullo modo estimet a domino suo peccata dimitti: quoniam mentiri ueritas non potest. qui dixit. si enim dimiseritis hominibus peccata eorum dimittet et uobis pater uester celestis delicta uestra si autem non dimiseritis hominibus: nec pater uester dimittet uobis peccata uestra; **S**unt autem multa peccata quamuis leuia quę nullatenus putantur. {putarentur corr.} esse. peccata: nisi auctoritate conprobarentur sanctorum scripturarum; **V**idemus enim quedam ab ipsis quoque apostolis ignoscendo fuisse concessa. quale illud *est quod* uenerabilis paulis coniugibus ait. nolite fraudare inuicem. nisi ex consensu ad tempus. ut uacatis orationi. et iterum reuertimini in idipsum. nec emptet uos satanas propter incontinentiam uestram; **Q**uod putari posset non. esse. peccatum. miseri. scilicet coniugi non [f. 40v] filiorum procreandorum causa. *quod* bonum est. nuptiale. sed carnalis etiam uoluptatis et fornicationis. siue adulterii siue cuiusquam alterius inmunditię mortiferum malum *quod* turpe est. ætiam dicere quo potest. temptante satana. libido. protrahere in continentiam deuitet infirmitas; **P**osset ergo ut dixi hoc putari non. esse. peccatum nisi addidisset. hoc autem dico secundum ueniam non secundum imperium; **Q**uis autem deneget.

esse. peccatum dum dari ueniam facientibus apostolica auctoritas fateatur; Tale quidam est ubi dicit. audet quisquam uestrum aduersus alterum negotium habens iudicari ab inquis et non apud sanctos; Et paulo post. secularia inquit iudicia si habueritis qui contemptibiles sunt in æcclesia. hos collocate ad reuerentiam uobis dico. sic non est. inter uos quisquam sapiens qui possit inter fratrem suum iudicare. et hoc apud infideles; Nam et hii {hic corr.} posset putari iudicium habere aduersus alterum non esse. peccatum. sed tantum modo si extra ecclesiam uellet iudicari: nisi secutus adiungeret. iam quidem omnino delictum est quia iudicia habetis uobiscum; Et ne quis ita hoc [f. 41r] excusaret ut diceret iustum se habere negotium. sed iniquitatem se pati quam uellet a se iudicum sententia remoueri. continuo talibus cogitationibus uel excusationibus occurrit atque ait: quare non magis iniquitatem patimini? quare non potius fraudamini ut ad illud redeatis quod dominus ait? si quis uoluerit tunicam tuam tollere et in iudicio tecum contendere dimitte illi et pallium; et alio loco. qui abstulerit inquit tua noli repetere; Prohibuit itaque suos apostolos de secularibus rebus cum aliis habere iudicium: quod dicit. esse. delictum. et tamen cum sint in æcclesia talia iudicia finiri inter fratres fratribus iudicantibus extra ecclesiam uero terribiliter uetat: manifestum est etiam hic quod secundum ueniam concedatur infirmis; Sicut et alia plura peccata leuia quæ a paucis. putantur. esse. peccata. sicuti {sic} sunt lubricæ et uentosæ cogitationes. egritudines malarum. tristitiarum. suggestiones subtilissimæ. inanes gloriæ. tardæ uel tepidæ exhibitiones orationum: psallentium. uel orantium si aliud in mente occurrerit nisi oratio et psalmus. uel ad modicum a dei contemplatione decidere: uel [f. 41v] dampnum paruissimæ cause suæ aut alterius facere: pollutionem turpium somniorum admittere: ea quæ coram hominibus loqui uel agere pudet. uel ad horam corde concipere: si in ipsa elemosinarum pietatæ uel in subuentione fratrum necessitatibus uel in administratione pauperum. serenitatem suæ hilaritatis obnubilare. in ecclesia ridere. aut fabulis uacare: quia domus dei et domus orationis est: in honeste et turpiter incedere: uerba otiosa proferre: extra necessitatem aut utilitatem quicquam dicere aut parum facere: de alienis rebus et negotiis ad nos non pertinentibus quicquam sollicitari: uanis chachinnationibus et scurilitatibus turpiloquia perpetrare: escis et poculis seu somnolentus aut uestibus audius atque inmoderatus appetere: uendendis et emendis rebus non caritatis et ueritatis. s. {sic} uoto peruerso incumbere: huc illucque absque necessitate discurrere: pro suis aut aliorum commodis in minimis causis mentiri: iuniores suos elationis causa uel inmodico displicere: lautiores escas potusque ambire; Propter hęc atque huiusmodi peccata [f. 42r] et alia licet his minora. quæ fiunt uerborum et cogitationum offenditionibus: apostolo iacobo confitente ac

dicente. in multis enim offendimus omnes. oportet ut cotidie crebroque oremus dominum atque dicamus. dimitte nobis debita nostra. ne in eo quod sequitur mentiamur: *sicut et nos dimittimus debtoribus nostris; Meminere enim debemus quod dominus ait. Cum stabitis ad orationem dimittite si quid habetis aduersus alterum: ut pater uester qui in celsis est dimittat uobis peccata uestra; Et illud. dimittite et dimittemini.* **D**e cotidianis enim leuibusque peccatis necessaria est confessio et emendatio. quia sine confessione emendationis peccata nequeunt dimitti; **Sicut enim** cotidiana leuiaque peccata difficile uitantur. ita facile curantur; **Sed quo ordine alterutrum** petitio sit celebnda pro peccatis. iacobus apostolus aperte insinuat dicens. confitemini alterutrum peccata uestra. et orate pro inuicem ut saluemini; **Si igitur cogitatu.** uerbo. ignorantia. obliuione. necessitate. uoluntate. subreptione. forte deliquisti: uade ad fratrem confitere illi. postula [f. 42v] interuentione; **Si ipse fragilitatis suę concium pure confitendo fecerit:** et tu eius errata pie intercedendo dilue; **Sed hęc de leuioribus dicta sunt peccatis;** Porro grauioris leprę inmunditiam iuxta legem sacerdoti pandamus. atque ad eius arbitrium qualiter et quanto tempore iusserit purificare curemus; **P**ro cotidianis enim paruisque peccatis non est neglegenda satisfactionis emendatio: sed potius pro his ad deum iugiter ingemescamus. et in ueritate humiliati atque compuncti non uerbis tantummodo: sed affectu nosmetipsos pronuntiemus peccatores. et ueniam pro omnibus quę cotidię superati fragilitate carnis incurrimus a gratia domini iugiter postulantes ueras poenitentię lacrimas indesinenter effundamus; **P**ro his sacrificia elemosinarum iejuniorumque unusquisque nostrum pro suis uiribus continuę non cessen offerre: et cum assiduo dolore cordis et afflictione corporis gemebundo et lacrimabili luctu dicat cum apostolo. condelector lege dei secundum interiorem hominem: video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae. et captiuum [f. 43r] me ducentem in lege peccati quę est in membris meis; **E**t postmodum cum profusis lacrimis immensisque doloribus cum eodem dicat apostolo. infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius;

<i>Source (rubric)</i>	<i>unidentified</i>
<i>Source (nullatenus enim ... definitione adfirmat)</i>	<i>unidentified</i>
<i>Source (de omni uerbo ... quale uel tale peccatum)</i>	<i>BEN.AN. Cod.reg. xxxxxx; SMARAGDVS Exp.in reg.Ben. 23.5 (xxxxx) — BASIL-RVFIN. Regula 171–74 (ed. Zelzer, p. 66 line 12–p. 67 line 5)</i>
<i>Source (ergo qui licet ... gutte pluuiarum)</i>	<i>GREG.MAG. Reg.past. 3.33 (eds Rommel-Judic-Morel, p. 000, lines 4–11), abbrev.</i>
<i>Source (ita et multa peccata ... et corporis purget)</i>	<i>unidentified</i>

Michael D. Elliot, September, 2013

*Collectio quadripartita, Book 2 (Bodley 718)*

<i>Source</i> (de cotidianis atuem ... homini ignoscere)	<i>AVG. Ench.</i> 71 (ed. Evans, p. 000, lines 000–000); also in <i>Coll.Dach.preface</i> (eds d'Achery–de la Barre, p. 511)
<i>Source</i> (ac per hoc ad ... dimittantur nostra peccata)	<i>AVG. Ench.</i> 72 (ed. Evans, p. 000, lines 000–000); also in <i>Coll.Dach.preface</i> (eds d'Achery–de la Barre, p. 511)
<i>Source</i> (sed ea nihil est ... his qui uos persecuntur)	<i>AVG. Ench.</i> 73 (ed. Evans, p. 000, lines 000–000)
<i>Source</i> (et illud dimittite ... dabitur uobis)	<i>unidentified</i>
<i>Source</i> (quisquis autem... uobis peccata uestra)	<i>AVG. Ench.</i> 74 (ed. Evans, p. 000, lines 000–000)
<i>Source</i> (sunt autem multa ... concedatur infirmis)	<i>AVG. Ench.</i> 78 (ed. Evans, p. 000, lines 000–000); ‘videmus enim quedam ... concedatur infirmis’: also in <i>Coll.Dach.preface</i> (eds d'Achery–de la Barre, pp. 511–12)
<i>Source</i> (sicut et alia plura ... hilaritatis obnubilare)	<i>CASSIAN Collationes</i> 23.7 (eds Petschenig–Kreuz, p. 651 line 12–p. 652 line 4), adapted
<i>Source</i> (in eccllesia ridere ... escas potusque ambire)	<i>unidentified</i>
<i>Source</i> (propter hęc atque ... debtoribus nostris)	<i>AVG. Ench.</i> 78 (ed. Evans, p. 000, lines 000–000)
<i>Source</i> (meminere enim ... dicta sunt peccatis)	see Bruges, Stedelijke Bibliotheek, MS 99, fol. 15r (part of which is quoted in A. Teetaert, <i>La confession aux laïques</i> [Paris, 1926], p. 33, nn. 2–3) — cf. BEDE <i>Super epist.cathol.</i> , in <i>Iac.</i> 5 (ed. Hurst, CCSL 121, p. 000, lines 179–81); also in BEN.AN. <i>Conc.reg.</i>
<i>Source</i> (porro grauioris leprę ... purificare curemus)	<i>BEDE Super epist.cathol.</i> , in <i>Iac.</i> 5 (ed. Hurst, CCSL 121, p. 000, lines 187–89); also in BEN.AN. <i>Conc.reg.</i>
<i>Source</i> (pro cotidianis ... satisfactionis emendatio)	<i>unidentified</i>
<i>Source</i> (sed potius pro ... indesinenter effundamus)	<i>CASSIAN Collationes</i> 23.10 (eds Petschenig–Kreuz, p. 654, lines 18–22)
<i>Source</i> (pro his sacrificia ... corpore mortis huius)	<i>unidentified</i>

### XIII. QVAM DISTRICTE SANCTI VIRI MINIMA LEVIAQVE IN SEMETIPSIS PVNIVNT PECCATA.

*Sancti etenim homines qui summam totius uoluptatis et gaudii et beatitudinis suę in diuinorum ac spiritualium rerum tantum contemplatione constituunt. cum ab ea inuiti uel paululum uiolentis cogitationibus abstrahuntur. uelut quoddam in se sacrilegii genus presenti poenitudinis puniunt ultionem: ac uilissimam creaturam ad quam si detorquent mentis intuitum creatori suo se pretulisse lugentes ut ita dixerim impietatis sibi crimen adscribunt; Et licet ad conspiciendam diuinę glorię claritatem oculos cordis sui summa alacritate conuertant; tamen etiam breuissimas*

*carnalium cogitationum tenebras non ferentes. quicquid ab illo uero lumine mentis aspectum retrahit exsecrastantur; Et cum semetipsos cotidie sentiunt internę cogitatio[f. 43v]nis pandere pregrauatos. iugiter ad dominum ingemescunt. et flentes gementesque non tantum uerbis. sed etiam intimo cordis affectu. pronuntiant se peccatores. uerasque poenitentię lacrimas indesinenter effundunt;*

<i>Source (rubric)</i>	<i>unidentified</i>
<i>Source (sancti etenim ... pandere pregrauatos)</i>	<i>CASSIAN Collationes 23.8 (eds Petschenig–Kreuz, p. 652, lines 7–15), adapted</i>
<i>Source (iugiter ad ... indesinenter effundunt)</i>	<i>CASSIAN Collationes 23.10 (eds Petschenig–Kreuz, p. 000, lines 000–000)</i>

### XIII. DE IVDICIO SACERDOTIS IN LEVIBVS GRAVIBVSQVE PECCATIS.

*Secundum uniuscuiusque delicti modum causamque peccati protelanda est mensura poenitentię; Culparum enim modus ut nobis sacra antiquorum patrum edocet scriptura in sacerdotis retinetur arbitrio; Vnde oportet ut sacerdotes. et ecclesiarum dei rectores sacras ueteris et n {noui corr.} testamenti intelligent scripturas: quatenus possint cognoscere ex eorum {earum corr.} instructione. quomodo. qualiter. quantumque unicuique delinquenti ad satisfactionem poenitentię medicamenta dijudicent utilia; et in omnibus omnino peccatorum excessibus prouidendum. est. cum summa discretione. ne grauem poenitentiam pro leuibus inferat delictis. aut proximis {pro maximis corr.} leuis et parua poenitentia erogetur; Mensura namque et pondere equo in suo iudicio debet sacerdos excellere: ut sic uulnus curet egroti prout uide[f. 44r]rit cuique expedire. quatenus salutem et non debilitatem inferat membro: et sic de cotidianis leuibusque delictis sine quibus in hac uita. esse. non possumus prudenter sibi commissis consilium tribuat. ut de mortalibus et grauioribus peccatis disperationem non inferat;*

<i>Source (rubric)</i>	<i>unidentified</i>
<i>Source (secundum ... peccatorum excessibus)</i>	<i>unidentified</i>
<i>Source (prouidendum est ... inferat membro)</i>	<i>BEN.AN. Cod.reg. xxxxxxx — FRVCT. Regula 15</i>
<i>Source (et sic de cotidianis ... non inferat)</i>	<i>unidentified</i>

### XV. QVALITER AMMONENDI SVNT QVI IN MINIMIS EXCEDVNT PECCATIS.

**A**mmonen*di sunt qui in minimis peccatis excedunt. ut nequaquam considerent qualia. sed quanta committunt; Facta enim sua si despiciunt timere compensant: debent formidare cum numerant; **M**inuta sunt enim uulnera quę erumpunt membris *per scabiem*: sed cum multitudo eorum innumerabiliter occupat. sic uitam corporis *sicut unum graue inflictum pectori uulnus necat*; **H**inc uidelicet scriptum est qui modica spernit: paulatim decidit; **Q**ui enim peccata minima flere ac deuitare neglegit. ab statu iustitię non quidem repente sed partibus totus cadet; **Quapropter erga minima leuiaque peccata.** sollicita circumspectione unusquisque semetipsum sollicitum reddat: ut tanto a minimis se custodiat de[f. 44v]lictis. quanto pro his reddenda est ratio æterno iudici;*

**V**nde dominus ait. iota unum aut unus apex non preteribit a lege donec omnia fiant; {Mt 5:18} Et illud. nihil inpunitum derelinquit dominus; et iterum de omni uerbo otioso quod locuti fuerint et reliqua; {Mt 12:36}

<i>Source (rubric)</i>	<i>unidentified</i>
<i>Source (ammonendi sunt ... partibus totus cadet)</i>	<i>GREG. MAG. Reg.past. 3.33 (eds Rommel-Judic-Morel, p. 000, lines 4–11)</i>
<i>Source (quapropter erga ... fuerint et reliqua)</i>	<i>unidentified</i>

## ABHINC DIVERSA EX DIVERSIS EXCESSIBVS IVDICIA.

**XVI.** Si quis tardius uel tepidius orationis debitum persoluit fletibus doloribus orationibusque redimatur.

<i>Source (rubric)</i>	<i>unidentified</i>
<i>Source</i>	...

**XVII.** Si quis in oratione prostratus dormitauerit: hanc culpam triplicatis orationibus cum triplicata decantatione psalmi quinquagesimi prostratus terrae expurget.

<i>Source</i>	...
---------------	-----

**XVIII.** Si quis tempore orationis ridere fabulisque uacare presumpserit. quod nequissimum est.  
uigiliis fletibus. orationibus expietur. si in consuetudinem habuerit maiore p nitentia expietur;

*Source*

...

**XIX.** Si quis decantans psalmum uel modicum titubauerit: prostratus oratorii pauimento  
indulgentiam a domino exposcat;

*Source*

...

**XX.** Si quis clericus aut monachus corporis sanitate consistens. si uigiliis uel cotidianis officiis  
[f. 45r] defuerit perdat communionem;

*Source*

...

**XXI.** Si quis clericus absque corpusculi sui in equalitate uigiliis deest stipendio priuatus  
excommunicetur;

*Source*

...

**XXII.** Si quis clericus dato signo non statim ad ecclesiam concite properauerit correptionibus  
subiacebit;

*Source*

...

**XXIII.** Si quis tempore orationis et psalmorum uagationis tediique causa hac illacque discurrerit.  
uel in ipso officio uagis obtutibus oberrauerit iuxta arbitrium prioris poeniteat;

*Source*

...

**XXIII.** Clericum quæm ebrium fuisse constiterit ut ordo patitur XXX dierum spatio a communione statuimus submouendum. aut corporali dandum supplicio;

*Source*

...

**XXV.** Si quis clericus aut monachus ebriosus fuerit: tribus mensibus in pane et aqua poeniteat;

*Source*

...

**XXVI.** Si quis clericus lasciuus. petulans. subsanator. {subsannator corr.} turpilocus ridiculous. inconstans. iracundus. tumidus. et obstinatus. iuxta prioris arbitrium triduo poeniteat;

*Source*

...

**XXVII.** Si quis clericus per creaturas iurauerit. acerrime obiurgetur. si perstiterit in uitio excommunicetur; [f. 45v]

*Source*

...

**XXVIII.** Clericus absque prioris sui iussu si per plateas ciuitatis inutile<sup>5</sup> decursus peragrat poenitentiam agat;

*Source*

...

**XXVIII.** Clericus per plateas et andronas. nisi certa et maxima officii sui necessitate non ambulet;

*Source*

...

---

<sup>5</sup> inutile] corr. to inutiles by modern hand

**XXX.** Si quis clericus solus cum sola absque testibus duobus aut tribus loqui presumpserit. quod antiqua canonum instituta prohibent acerrime corripiatur. et secundum modum peccati publicam agat poenitentiam. hoc sancti patres agustinus hyeronimus. basilius. gregorius. et ceterisque {ceterique corr.}<sup>6</sup> multi in suis aedictis prohibuerunt;

*Source*

...

**XXXI.** Si quis cogitauerit et {et del.}<sup>7</sup> aliquid quod secundum mandatum dei est. et non fecerit: ut mendax et contemptor a domino condempnabitur. nisi poenitentiam in hac egerit uita;

*Source*

BEN.AN. Cod.reg. xxxxxxx — BASIL—RVFIN. Regula 183 (ed. Zelzer, p. 204, lines 000–000)

**XXXII.** Si quis difinierit<sup>8</sup> aliqua agere que deo non placent. iuxta modum peccati poenitentiam agat. et hoc quod temere et iniuste definiuit irritum reuocetur;

*Source*

BEN.AN. Cod.reg. xxxxxxx — BASIL—RVFIN. Regula 184 (ed. Zelzer, p. 204 line 000–p. 205 line 000)

**XXXIII.** Si quis hospitibus et peregrinis cum gaudio et alacritate iuxta possibilitatem suam necessaria [f. 46r] non prebuerit obsequia. si laicus est ad arbitrium sacerdotis poenitentiam agat. et de cætero æmendetur. ne a domino audiat. hospes fui et non recepistis me; {Mt 25:35} Si autem in aliquo gradu æcclesiastico prefixus est secundum consecrationis sue sublimitatem ampliorem cum lacrimis et orationibus agat poenitentiam et postmodum emendetur;

*Source*

...

**XXXIV.** Si quis cogitationes malas et inutiles corde uolutat.<sup>9</sup> mox suo manifestet sacerdoti. et secundum eius consilium ieuniis. elemosinis. fletibus. et orationibus diuinum exposcat adiutorium. quoadusque recedat huiusmodi passio;

<sup>6</sup> This correction perhaps made by a modern hand.

<sup>7</sup> This correction perhaps made by a modern hand.

<sup>8</sup> difinierit] corr. to definierit by modern hand

*Source*

...

**XXXV.** Si quis in clero constitutus alicui *dampnum* paruissimę rei intulerit. reddat aliena et triduo poeniteat. laicus biduo;

*Source*

...

**XXXVI.** Si quis uerbo in aliquo homine peccauerit. st *statim* reminiscens ad ueniam poscendam fuerit *inclinatus*. percipiat ab eo *indulgentiam* cui cognoscitur fecisse iniuriam; **Qui autem** aut *non* petit aut non ex animo postulat iuxta *excessum* iniurię congrue subiaceat poenitentię

*Source*

...

**XXXVII.** Si quis *non* adquiescit ut satisfaciat cui intulit [f. 46v] iniuriam. ammoneatur ut satisfactionem ei exhibeat; **Si autem** non audierit sit nobis sicut gentilis et publicanus;

*Source*

...

**XXXVIII.** Si quis contristatus noluerit reconciliari satisfacente. eo qui contristauit. acerrimis maceretur inædiis usque dum gratanti animo recipiat satisfactionem;

*Source*

...

**XXXVIIII.** Qui sibimet inuicem conuitia obiciunt. si iterum inuicem sibi cæleriter laxanda cognoscunt. hi iam ab alio iudicandi non sunt. *quia* pariter sibi ueniam dare restinauerunt. si tamen excedere frequentius in semetipsis *non* presumunt;

*Source*

...

---

<sup>9</sup> uolutat] corr. from uoluitat ?

**XL.** Si quis clericus superbire presumpserit. sepius a proprio excommunicetur cibo: lascivus autem simili subiacebit sententiæ;

*Source*

...

**XLI.** Si quis in aliquo<sup>10</sup> ecclesiastico gradu *sacratus percussor extiterit quod esse non debet* corripiatur æcclesiasticis satisfactionibus acerrime. si non emendauerit tribus mensibus studiosissime subiectus fletibus pœniteat tantummodo in pane et aqua;

*Source*

...

**XLII.** Si quis presbiter diaconus monachus otiositatem [f. 47r] stultiloquium. scurilitatem. garrulitatem somnum. pigritiam. torporem. et his similia dilexerit. triduo poeniteat;

*Source*

...

**XLIII.** Si quis monachus uiolauerit et contra sanctionem regule usumque ueternum {sic} uesti carnis presumpserit. sex mensium spatium retrusioni et poenitentiæ subiacebit;

*Source*

...

**XLIII.** Qui detrahit aut libenter audit detrahentem. triduo poeniteat. si autem prelato septem diebus poeniteat;

*Source*

...

**XLV.** Qui detrahit de fratre aut audit detrahentem et patitur. excommunicari debet. quod si de eo qui præst. amplius excommunicetur;

*Source*

...

---

<sup>10</sup> aliquo] corr. from alike ?

**XLVI.** Si quis non uult reconciliari fratri suo quem odio habet. tamdiu in pane et aqua poeniteat usque dum reconciliatur ei;

*Source*

...

**XLVII.** Si quis excitatur et contrastatur et irascitur aduersus eum qui ad orationem illum excitauit. excommunicari debet. et non manducare quoadusque compunctus agnoscat stultitiam suam. et ita conuersus recipiat indulgentiam;

*Source*

...

**XLVIII.** Si quis christianus mendax repperitur quod. esse. non debet [f. 47v] quia christus dominus noster a quo nomen accepit ueritas est. secundum qualitatem quantitatemque mendacii poenitentiam agat; Scriptum est enim. perdes omnes qui locuntur mendacium. et omne mendacium a diabolo est non dixit tale uel tale: sed omne mendacium a diabolo est.

*Source*

...

**XLIX.** Si quis christianus fabulis otiosis. stultiloquiis: uerbis. iacularibus risumque mouentibus studuerit. quod secundum domini definitionem et sancti pauli apostoli eius peccatum. esse. dinoscitur sacerdoti suo manifestet. et secundum arbitrium eius modumque delicti poeniteat; Nemo christianus paruipendat aut neglegat minima sua etiam peccata. que fieri solent in uanis et uentosis cogitationibus in locutionibus superfluis et ottiosis. in operibus absque necessitate peractis. sicut est appetitus ciborum. inmoderatus risus. superfluous somnus. et innumerabilia talia: sed potius pro his ante tribunal districti iudicis assistere rationem redditurus pertimescat; Scriptum est enim. de omni uerbo otioso quod locuti fuerint homines reddent rationem de eo in die iudicii; Et item scriptura. nihil inpunitum derelinquet dominus: et ideo pro his aliisque peccatis poenitentiam agat;

*Kerff: 2.49–50*

*Source*

...

**LI.** [f. 48r] *Si quis est contentiosus uel contradictor sanctis imperiis. aut mendax. aut inoboediens. aut otiosus. aut in locutione clamosus. aut iracundus. aut subsannator. aut plus loco {sic} quam honestum est deditus. aut dure respondens et omnino quicquid contra scripturarum sanctorum auctoritatem. est. secundum mensuram opusque peccati ad sacerdotis arbitrium poeniteat;*

*Source*

...

**LII.** Hæc sunt iudicia agustini. isidori atque cassiani de leuioribus excessibus; *Si quis in cibo aut potu aliiquid plus accipit quam necesse est; Si quis plus loquitur. aut tacet quam oportet; Si quis pauperem importune petentem exasperat somno deditus. ad æcclesiam tardius surgit. Si quis discordes ad concordiam reuocare neglexerit. Si quis in carcere positos aut infirmos tardius uisitauerit. Si quis aliquem plus exasperauerit quam necesse est. Si quis otiosus. esse. dilexerit. uel ad officium aut ad collationem uel ad mensam tardius uenerit; Si quis in ecclesia fabulis uacauerit. riserit; Si quis relicto officio aut opere extra necessitatis causam foris discesserit; Si quis torporem aut somnum amauerit; [f. 48v] Si quis multiloquus fuerit. Si quis sepius iurauerit. Si quis dampnum alicui rei parue intulerit. Si quis prelato inoboediens in minimis rebus fuerit. aut contumaciter responderit; Si quis inhoneste incesserit iocauerit riserit. Si quis psalmum decantans modicum titubauerit. Si quis segnis aut piger uel modice in diuinis officiis fuerit. Si quis superflue quicquam fecerit. Si quis inhoneste aut superflue. aut durius. aut contumacius. locutus fuerit. Si quis tardius neglegentius ac tepidius obsequia iusta expleuerit. Si quis leuiter murmurauerit. Si quis rem minimam ac paruam ex rebus necessariis perdiderit. Si quis ad opus necessarium uocatus tardius perrexerit. Si quis statuta officia tardius fuerit exsecutus. Si quis corpore sanus aliis iejunantibus prandere uoluerit. Si quis excepto desiderio filiorum uxorem suam cognouerit; Si quis plus proximum aut uxorem aut seruum exasperauerit quam oportet. si amplius blanditus fuerit. quam necesse est. Si quis cuicunque. maiori possessione aut ex uoluntate. aut ex necessitateadolare uoluerit. [f. 49r] Si quis pauperibus esurientibus nimium deliciosa ac sumptuosa sibi conuiua parauerit. Si quis otiosa et scurilia risumque mouentia uerba locutus fuerit. Hæc et his similia ad minora et leuiora pertinere peccata nulli dubium est quæ enumerari uix possunt; Si quis unum ex his admiserit tridiuana emendetur poenitentia cum orationibus et elemosinis. et indulgentia eorum qui in se peccant; Scriptum est enim. si dimiseritis*

inquit *dominus* hominibus peccata eorum dimittet et uobis peccata uestra pater uester cælestis. et si non dimiseritis hominibus peccata eorum. nec pater uester dimittet uobis peccata uestra; Qui enim in se clementer hominibus peccantibus indulserit nullius peccati uestigium in illius anima remanebit; **O**mne enim peccatum quod in hoc mundo non corrigitur in futuro seculo punietur; Testante sacra scriptura; Nihil inpunitum derelinquet *dominus*; Et sicut de otioso uerbo *domino* dicente reddenda est. oratio in die iudicii. ita et de omnibus peccatis *non solum* mortalibus unde æterna plectetur poena. uerum etiam de mi[f. 49v]nimis cotidianisque delictis. nisi in hac uita per penitentiam. orationes. et elemosinas. coeteraque bona opera fuerint deleta;

Source

...

### LIII. QVAM VTLIS AC MVLTVM NECESSARIA EST CONFESSIO IN MINIMIS COTIDIANISQVE DELICTIS.

**D**e<sup>11</sup> cotidianis enim leuibusque peccatis necessaria est. confessio et emendatio: quia sine confessione emendationis peccata nequeunt dimitti; **D**e qua confessione iacobus ait apostolus. Confitemini alterutrum peccata uestra. et orate pro inuicem ut saluemini; **H**æc de minimis peccatis confessio: *non solum* sacerdotibus est. patefacienda: uerum etiam alterutrum coequalibus. Porro ex mortalibus tantummodo sacerdotibus est reseranda confessio;

Source (rubric)      unidentified

Source

...

### LIII. QVAM MVLTA ET INNUMERABILIA SVNT LEVIAQVE DELICTA.

Multitudinem et innumerositatem leuiarum culparum dauid propheta considerans ait. delicta quis intellegit; **P**ro quibus dominum orans purificationem atque. indulgentiam deprecatur dicens. ab occultis meis munda me domine: et ab alienis parce seruo tuo; {Ps 18:14} **E**t iacobus apostolus. multa et infinita leuia et co[f. 50r]tidiana sciens. esse. peccata confitendo dicit. in multis enim offendimus omnes;

Source (rubric)      unidentified

---

<sup>11</sup> The figure of a crowned face has been drawn in the left margin.

*Source*

...

**LV. DE EMENDATIONE AC SATISFACTIONE EORVM QVI IN LEVIBVS  
COTIDIANISQVE EXCESSIBVS DELINQVVNT.**

Quamvis plurimę sint emendationes. ac satisfactiones leuiarum culparum. quę a sanctis patribus sparsim probatę repperiuntur: in diuinarum auctoritate scripturarum: specialis tamen illa coram deo satisfactio. Si dimittimus peccata eorum qui in nobis peccant: sine qua remissione nulla bona opera nobis prodesse poterunt. et nec aliqua dimitti peccata; **Dimittite inquit dominus.** et dimittemini. date et dabitur uobis; Sunt et alię multę ut supra dictum est. in huius libelli principio leuium expurgationes delictorum. et non solum leuium. uerum etiam et grauium quibus necesse est. animas sanare languidas;

*Source (rubric)                  unidentified**Source* ...

**EXPLICIT LIBER SECUNDVS.<sup>12</sup>**

---

<sup>12</sup> The figure of a face (upside-down and disembodied) has been drawn in the right margin.